

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta  
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis  
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lipsiae, 1735**

**VD18 12833770**

Oratio VI. quae est prima In L. Catilinam.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18041**

## ORATIO VI.

quae est prima

## IN L. CATILINAM.

Argumentum Orationis I. in Catilinam.

**L.** Sergius Catilina, nobilis genere, & Africae nuper Propraetor luxuria & quae inde exoritur, egestate commotus, urbis incendendae, & procerum interficiendorum consilia cepit, in societatem assumtis Lentulo iterum Praetore, Cethego, aliisque nobilissimis, nec non nequissimis quoque Romanae iuuentutis. Aliquoties vero de insihiis, quas in foro & campo Martio consulatus competitoribus struxerat, vel fortuna vel consiliis deiectus: cum tandem in M. Leceae domo nocturnum conuentum ageret & Consulis sibi virtutem obstatre quereretur, reperti sunt duo Eques, qui promitterent, se mane salutandi causa ad Ciceronem ituros, ipsumque in lecto occisuros esse. Haec cum Fulvia quaedam ex amatore, coniurationis socio, ut dum coetu dimisso, audiuisse, eadem nocte insidias Ciceroni patefecit, qui clausis foribus percussores summouit, & Senatu in aede Iouis Statoris habito grauissima hac Oratione Catilinam, qui & ipse in Senatum venerat, perstrinxit, & ut in castra Manlii Centurionis, quem ad sollicitandos Syllae colonos in Etruriam praemiserat, quamprimum discederet, etiam atque etiam hortatus est.

Genus causae proprie non statuitur, nisi a delibera-  
tione multum habere dicamus, dum de exitu Ca-  
tilinae agit; magis vero ad inuestiuas referenda est  
haec Oratio, adeoque ad genus demonstratiuum.

Habita est Oratio in Senatu anno V.C.DCXC.VI.Id.  
Nou.anno aetatis Cic. XLIV. ipso & M. Antonio Coss.  
Euentus fuit, ut Catilina urbe egredetur noctu.

## ORATIO VI.

## IN L. CATILINAM.

## HABITA IN SENATV.

## CAPVT I.

**Q**Vousque<sup>1</sup> tandem abutere, Catilina, patien-  
tia nostra<sup>2</sup>? quamdiu etiam furor iste tuus  
nos eludet<sup>3</sup>? quem ad finem sese effrenata<sup>4</sup> ia-  
ctabit audacia? nihilne te nocturnum praesidium<sup>5</sup>  
palatii<sup>6</sup>, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi,  
nihil concursus bonorum<sup>7</sup> omnium, nihil hic<sup>8</sup>  
munitissimus habendi<sup>9</sup> senatus locus, nihil ho-  
rum<sup>10</sup> ora vultusque mouerunt<sup>11</sup> patere<sup>12</sup> tua con-  
silia non sentis? constrictam<sup>13</sup> iam omnium he-  
rum conscientia teneri coniurationem tuam non  
vides<sup>14</sup>? quid proxima, quid superiore<sup>15</sup> nocte  
egeris, ubi fueris, quos<sup>16</sup> conuocaueris, quid con-  
sili<sup>17</sup> ceperis, quem nostrum<sup>18</sup> ignorare arbitra-  
ris?

<sup>1</sup> Quamdiu, in quem finem. <sup>2</sup> mea. <sup>3</sup> contemnet, irri-  
debit. <sup>4</sup> indomita. <sup>5</sup> vigiliae militum. <sup>6</sup> montis Palati-  
ni, in quo etiam Catilinae domus erat. <sup>7</sup> qui exeerantur  
tuum scelus, & de Republica bene sentiunt. <sup>8</sup> templum  
Iouis Statoris. <sup>9</sup> in quo Senatus haberi solet. <sup>10</sup> Sena-  
torum. <sup>11</sup> aperta esse. <sup>12</sup> deprehensam, reuelatam, te-  
statam. <sup>13</sup> annon vides, hos Senatores omnes scire con-  
iurationem tuam? <sup>14</sup> quae ante proximam noctem erat.  
<sup>15</sup> consciens tuae coniurationis. <sup>16</sup> ex nobis.

<sup>17</sup> o mala

ris? O<sup>17</sup> tempora! o mores! senatus haec<sup>18</sup> intel-  
lit, consul videt, hic<sup>19</sup> tamen viuit. Viuit? imo  
vero etiam in senatum venit<sup>20</sup>, fit publici consilii  
particeps, notat<sup>21</sup> & designat oculis ad caedem  
vnumquemque nostrum. Nos autem viri fortes  
<sup>22</sup> satisfacere<sup>23</sup> reipubl. videmur, si istius furo-  
rem ac tela<sup>24</sup> vitemus. Ad mortem te, Catilina,  
duci iussu consulis iampridem oportebat, in te  
conferri<sup>25</sup> pestem<sup>26</sup> istam, quam tu in nos omnes  
iamdiu machinaris<sup>27</sup>. An vero vir<sup>28</sup> amplissi-  
mus<sup>29</sup> P. Scipio, pontifex maximus<sup>30</sup>, Tib. Grac-  
chum, mediocriter labefactantem<sup>31</sup> statum rei  
publicae, priuatus<sup>32</sup> interfecit<sup>33</sup>; Catilinam  
orbem terrae caede atque incendiis vastare cupi-  
entem nos consules perferemus<sup>34</sup>? nam illa<sup>35</sup>  
nimis antiqua praetereo, quod Q. Seruilius Aha-  
la Sp. Melium nouis rebus studentem<sup>36</sup> manu  
sua occidit. Fuit, fuit ista quondam<sup>37</sup> in hac re-  
publica virtus, ut viri fortes acrioribus<sup>38</sup> sup-  
pliciis ciuem perniciosum<sup>39</sup>, quam acerbissimum  
40 ho-

<sup>17</sup> o mala. <sup>18</sup> coniurationem tuam. <sup>19</sup> Catilina. <sup>20</sup> au-  
daciſſimus homo. <sup>21</sup> eligit sibi. <sup>22</sup> ironia. <sup>23</sup> prospicere,  
consulere. <sup>24</sup> gladios, quibus nos petit. <sup>25</sup> applicari. <sup>26</sup>  
perniciem, exitium. <sup>27</sup> intentas, paras, struis. <sup>28</sup> cum  
vir. <sup>29</sup> clarissimus. <sup>30</sup> summus sacerdos. <sup>31</sup> qui tantum  
exiguas turbas excitabat in republica. <sup>32</sup> homo priuatus  
& qui sine imperio erat neque magistratum ciuilem gere-  
bat. <sup>33</sup> interficerit. <sup>34</sup> sine suppicio dimittimus. <sup>35</sup> ex-  
empla. <sup>36</sup> turbas excitantem in republica. <sup>37</sup> priscis tem-  
poribus maiorum nostrorum. <sup>38</sup> grauioribus, feueriori-  
bus. <sup>39</sup> seditiosum.

<sup>40</sup> hostem coërcerent <sup>41</sup>. Habemus enim S.C.<sup>42</sup> in te <sup>43</sup>, Catilina, vehemens & graue: non deest reipublicae consilium, neque auctoritas huius ordinis <sup>44</sup>; nos, nos, dico aperte <sup>45</sup>, consules defumus <sup>46</sup>.

<sup>40</sup> grauissimus. <sup>41</sup> punirent, castigarent. <sup>42</sup> decretum Senatus. <sup>43</sup> contra te. <sup>44</sup> Senatorii. <sup>45</sup> claris verbis. <sup>46</sup> officio nostro non recte fungimur.

## CAPVT II.

**D**ecreuit quondam senatus, vt L. Optimus cos. videret <sup>1</sup>, ne quid respublica detrimenti caperet <sup>2</sup>: nox nulla intercessit <sup>3</sup>, interfactus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre <sup>4</sup>, auo, maioribus: occisus est cum liberis M Fulvius consularis <sup>5</sup>. Simili senatus consulto C. Mario & L. Valerio coss. permissa <sup>6</sup> est respublica; num vnum diem postea L. Saturnium tribunum pl. & C. Seruilium praetorem mors ac reipubl. poena, remorata est <sup>7</sup>? At nos vigesimum iam diem patimur hebescerre aciem horum auctoritatis <sup>8</sup>. Habemus enim huiusmodi senatus consultum <sup>9</sup>, verumtamen inclusum in tabulis <sup>10</sup>, tanquam in vagina re-

CON-

<sup>1</sup> Prospiceret, curaret. <sup>2</sup> acciperet. <sup>3</sup> intra hoc decretum Senatus & mortem Gracchi fuit; in ipsa illa nocte fuit Gracchus occisus. <sup>4</sup> qui patrem & avos & maiores habebat clarissimos. <sup>5</sup> qui Consul fuerat. <sup>6</sup> cura reipublicae demandata est. <sup>7</sup> annon ipsa adhuc illa die interficti sunt Saturnius & Seruilius, qui adeo reipublicae poenam dederunt. <sup>8</sup> sed vero iam dies vicefimus est, & tamen nos patimur auctoritatem Senatorum negligi, & Catilinam turbatorem viuere. <sup>9</sup> quod iubet Catilinam interfici. <sup>10</sup> Archiv.

II Vg-



conditum <sup>11</sup>, quo ex <sup>12</sup> S. C. confestim interficere te esse, Catilina, conuexit <sup>13</sup>. Viuis <sup>14</sup>, & <sup>15</sup> viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio P. C. me esse clementem, cupio in tantis reip. periculis non dissolutum videri <sup>16</sup>: sed iam me ipsum inertiae nequitiaeque condemnno <sup>17</sup>. Castra <sup>18</sup> sunt in Italia contra remp. Etruriae faucibus <sup>19</sup> collocata: crescit in dies singulos hostium <sup>20</sup> numerus: eorum <sup>21</sup> autem imperatorem <sup>22</sup> castrorum ducemque hostium intra moenia, atque adeo <sup>23</sup> in senatu videmus, intestinam aliquam quotidie perniciem reipubl. molientem <sup>24</sup>. Si te iam, Catilina, comprehendendi <sup>25</sup>, si interfici iussero, credo <sup>26</sup>, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius, factum esse dicant <sup>27</sup>. Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor <sup>28</sup> ut faciam. Tum <sup>29</sup> denique interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus <sup>30</sup>, tam tui similis

in-

---

<sup>11</sup> velut gladium habes. <sup>12</sup> vi cuius. <sup>13</sup> decuisset, oportuisset. <sup>14</sup> & tamen viuis. <sup>15</sup> & quidem ita. <sup>16</sup> equidem volo clemens esse, sed ita tamen, ne quid negligam in tantis periculis. <sup>17</sup> accuso. <sup>18</sup> Manlii. <sup>19</sup> angustiis *engen Paefsen*, a quibus castris ita quasi coarctatur & constringitur Roma, ut spiritum ducere nequeat. <sup>20</sup> ciuium seditiosorum. <sup>21</sup> castrorum. <sup>22</sup> Catilinam. <sup>23</sup> imo. <sup>24</sup> qui molitur, struit, machinatur. <sup>25</sup> in vincula coniici. <sup>26</sup> Ironia. <sup>27</sup> ne dicant omnes boni, hoc potius a me factum esse nimis sero, quam ut quisquam dicat, hoc esse crudeliter factum. <sup>28</sup> mouetur, persuaderetur. <sup>29</sup> tunc. <sup>30</sup> impius,

in te

inueniri poterit , qui id <sup>31</sup> non iure factum esse fa-  
teatur. Quamdiu quisquam erit , qui te defendere  
audeat, viues : & viues ita, vt nunc viuis , multis  
meis, & firmis praesidiis obfessus <sup>32</sup>, ne commoue-  
re <sup>33</sup> te contra remp. possis : multorum te etiam  
oculi & aures non sentientem <sup>34</sup>, sicut adhuc <sup>35</sup> fe-  
cerunt, speculabuntur <sup>36</sup> atque custodient <sup>37</sup>.

<sup>31</sup> te interfici. <sup>32</sup> circumdatus. <sup>33</sup> hiscere, mutire. <sup>34</sup>  
dum non senties speculatoros tuos. <sup>35</sup> haetenus. <sup>36</sup> aspi-  
ciens. <sup>37</sup> obseruabunt.

## CAPVT III.

**E**TENIM quid est, Catilina, quod iam amplius  
exspectes, si neque nox tenebris <sup>1</sup> obscurare <sup>2</sup>  
coetus nefarios <sup>3</sup>, nec priuata domus <sup>4</sup> parieti-  
bus continere <sup>5</sup> vocem <sup>6</sup> coniurationis tuae pot-  
est ? si illustrantur <sup>7</sup>, si erumpunt <sup>8</sup> omnia <sup>9</sup>  
muta iam istam mentem <sup>9</sup>, mihi crede, obliuiscer-  
e caedis atque incendiorum : teneris <sup>10</sup> vndique,  
luce <sup>11</sup> sunt clariora nobis tua consilia omnia,  
quae etiam mecum licet <sup>12</sup> recognoscas <sup>13</sup>. Memi-  
nistine me ante diem XII. Kalend. Nouembr. di-  
cere <sup>14</sup> in senatu, certo die fore in armis , qui dies  
futurus esset ante diem VI. Kalend. Nouembris,  
C. Manlium , audaciae satellitem <sup>15</sup> atque ad-  
ministrum tuae ? num me fefellit <sup>16</sup>, Catilina,  
non

<sup>1</sup> suis. <sup>2</sup> occultare. <sup>3</sup> conuentus tuos illicitos. <sup>4</sup> in qua  
conuenire soles cum sociis tuis. <sup>5</sup> retinere secum. <sup>6</sup> fer-  
monem. <sup>7</sup> reuelantur. <sup>8</sup> prodeunt, manifestantur. <sup>9</sup> cru-  
delem. <sup>10</sup> constringeris, nullus amplius exitus est tuis con-  
siliis, captus es. <sup>11</sup> meridiana. <sup>12</sup> permisum est. <sup>13</sup> in me-  
moriā reuoces, si forte es oblitus. <sup>14</sup> me. <sup>15</sup> socium, co-  
mitem. <sup>16</sup> an ego ignorauī.

<sup>17</sup> COB-



non modo res <sup>17</sup> tanta, tam atrox <sup>18</sup>, tam incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies <sup>19</sup>? Dixi ego idem in senatu, caedem te optimatum <sup>20</sup> contulisse <sup>21</sup> in <sup>22</sup> ante diem V. Kal. Novembbris, tum <sup>23</sup>, cum multi principes ciuitatis Roma <sup>24</sup>, non tam sui conseruandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum <sup>25</sup> causa profugerunt. Num inficiari <sup>26</sup> potes, te illo ipso die <sup>27</sup> meis <sup>28</sup> praesidiis, mea diligentia circumclusum <sup>29</sup>, commouere te contra temp. non potuisse? cum tu discessu <sup>30</sup> ceterorum, nostra <sup>31</sup> tamen, qui remansifsemus, caede <sup>32</sup> contentum te esse dicebas. Quid? cum tute Praeneste <sup>33</sup> Kalend. ipsis Nouembbris occupaturum nocturno impetu esse confideres <sup>34</sup>, sensistine illam coloniam <sup>35</sup> meo iussu, meis praesidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam? nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo non audiam <sup>36</sup>, sed etiam non videam planeque <sup>37</sup> sentiam <sup>38</sup>.

## CAPVT

---

<sup>17</sup> consilium meum. <sup>18</sup> crudelis. <sup>19</sup> in quo haec debuerunt fieri abs te & sociis tuis. <sup>20</sup> Senatorum & praecipuorum in republica virorum. <sup>21</sup> distulisse. <sup>22</sup> in diem. <sup>23</sup> illo tempore. <sup>24</sup> ex urbe Roma. <sup>25</sup> opprimendorum, coercendorum. <sup>26</sup> negare. <sup>27</sup> ante V. Kal. Nouembbris. <sup>28</sup> a meis. <sup>29</sup> circumdatum, obsecsum, impeditum. <sup>30</sup> postquam ceteri Senatores discesserant. <sup>31</sup> mea. <sup>32</sup> morte. <sup>33</sup> oppidum Latii. <sup>34</sup> sperares, certo crederes. <sup>35</sup> Praeneste, quae colonia erat populi Romani. <sup>36</sup> resciscam. <sup>37</sup> aperte, clarissime. <sup>38</sup> intelligam.



## CAPVT IV.

**R**Ecognosce<sup>1</sup> mecum tandem illam superiorem noctem<sup>2</sup>: iam intelliges, multo me vigilare acius<sup>3</sup>, ad salutem, quam te ad perniciem reipublicæ. Dico te priori nocte venisse inter falcarios<sup>4</sup>, (non agam<sup>5</sup> obscure) in M. Leccae domum, conuenisse eodem<sup>6</sup> complures eiusdem amentiae<sup>7</sup> scelerisque socios. Num negare audes? quid taces? conuin-  
cam<sup>8</sup>, si negas. Video enim esse hic<sup>9</sup> in senatu quosdam, qui tecum vna<sup>10</sup> fuere. O dñi immortales! vbinam gentium sumus? quam<sup>11</sup> rempubl. habemus? in qua vrbe viuimus? hic, hic sunt in nostro numero, P.C. in hoc orbis terræ sanctissimo grauissimoque consilio<sup>12</sup>, qui de meo nostrumq; omnium interitu, qui de huius vrbis atque adeo<sup>13</sup> orbis terrarum exitio cogitent. Hosce ego video consul, & de rep.<sup>14</sup> sententiam rogo: & quos i, ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero<sup>15</sup>. Fuisti igitur apud Leccam ea nocte, Catilina: distribuisti<sup>17</sup> partes Italiae: statuisti, quo<sup>18</sup> quemque<sup>19</sup> profici-  
isci<sup>20</sup> placeret: delegisti, quos Romae relinque-  
res,

---

<sup>1</sup> Recordare. <sup>2</sup> quae proximam antecessit. <sup>3</sup> accuratius. <sup>4</sup> milites falcibus armatos. <sup>5</sup> loquar. <sup>6</sup> in eandem domum. <sup>7</sup> audaciae, coniurationis. <sup>8</sup> demonstrabo, hoc factum esse. <sup>9</sup> hoc loco. <sup>10</sup> simul in domo illa. <sup>11</sup> quam miseram. <sup>12</sup> Senatu. <sup>13</sup> quoniam a salute vrbis Romae dependet salus totius orbis terrarum. <sup>14</sup> de commodis reipublicae. <sup>15</sup> & illos turbatores, quos. <sup>16</sup> nomino. <sup>17</sup> sociis tuis. <sup>18</sup> in quam prouinciam. <sup>19</sup> quemlibet ex sociis tuis. <sup>20</sup> se conferre.

21 dec



res, quos tecum educeres , descripsisti <sup>21</sup> urbis <sup>22</sup> partes <sup>23</sup> ad incendia <sup>24</sup>: confirmasti <sup>25</sup>, te ipsum iam esse exiturum <sup>26</sup>: dixisti, paululum tibi esse etiam tum morae <sup>27</sup>, quod ego viuerem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent, & <sup>28</sup> fese illa <sup>29</sup> ipsa nocte paulo ante lucem <sup>30</sup> me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Haec ego omnia, vix dum etiam coetu vestro dimisso <sup>31</sup>, comperi: domum meam maioribus <sup>32</sup> praesidiis muniui atque firmaui: exclusi <sup>33</sup> eos , quos tu mane ad me salutatum <sup>34</sup> miseris, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis <sup>35</sup> ac summis viris ad me venturos id temporis <sup>36</sup> esse praedixeram.

---

<sup>21</sup> designasti. <sup>22</sup> Romae. <sup>23</sup> vicos, regiones. <sup>24</sup> incendio delendas. <sup>25</sup> affirmasti, dixisti. <sup>26</sup> ex urbe. <sup>27</sup> hoc te paululum morari & retardare adhuc a proposito tue. <sup>28</sup> & pollicerentur. <sup>29</sup> in illa. <sup>30</sup> ortum diei vel lucis. <sup>31</sup> cum vester coetus vix dimissus esset. <sup>32</sup> firmioribus. <sup>33</sup> non intromisi in meam domum. <sup>34</sup> ut me salutarent & venerarentur, aut ad me venirent honoris gratia. <sup>35</sup> dixeram hoc multis viris. <sup>36</sup> circa illud tempus.

### CAPVT V.

**Q**Vae cum ita <sup>1</sup> sint, Catilina, perge <sup>2</sup>, quo <sup>3</sup> coepisti, egredere aliquando ex urbe, patent portae, proficisci: nimium diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant: educ tecum etiam omnes tuos <sup>4</sup>, si minus, quam plurimos <sup>5</sup>: purga

vr-

---

<sup>1</sup> Vera. <sup>2</sup> proficisci: abi. <sup>3</sup> quorsum ire. <sup>4</sup> socios coniurationis. <sup>5</sup> quod si non omnes potes educere, at saltem educ tecum plurimos.

6 ab

vrbem <sup>6</sup>, magno me metu liberabis, dummodo  
inter me atque te murus <sup>7</sup> interst <sup>8</sup>: nobiscum  
versari iam diutius non potes: non feram, non  
patiar, non sinam. Magna diis imortalibus ha-  
benda est gratia, atque huic <sup>9</sup> ipsi Ioui Statori <sup>10</sup>,  
antiquissimo custodi <sup>11</sup> huius vrbis, quod <sup>12</sup> hanc  
tam tetram, tam horribilem, tamque infestam  
<sup>13</sup> reipublicae pestem <sup>14</sup> toties iam effugimus <sup>15</sup>:  
non est saepius in uno homine (salus) summa pe-  
riclitanda reipublicae <sup>16</sup>. Quamdiu mihi consuli  
designato <sup>17</sup>, Catilina, insidiatus es, non publico  
me praefidio, sed priuata <sup>18</sup> diligentia defendi:  
cum proximis <sup>19</sup> comitiis <sup>20</sup> consularibus me  
consulem in campo <sup>21</sup> & competitores <sup>22</sup> tuos  
interficere voluisti, compressi <sup>23</sup> tuos nefarios  
conatus amicorum praefidio & copiis <sup>24</sup>, nullo  
tumultu publice concitato <sup>25</sup>: denique  
quo-

<sup>6</sup> ab exrementis malorum ciuium. <sup>7</sup> moenia Romae. <sup>8</sup>  
interpositus sit. <sup>9</sup> in cuius templo iam sumus congregati.  
<sup>10</sup> qui inde nomen accepit, quoniam in bello Sabino stitit  
turpem Romanorum fugam. Liu. L. I. Ouid. Fastor. 6. 793.  
<sup>11</sup> Deo tutelari. <sup>12</sup> quoniam. <sup>13</sup> periculosam. <sup>14</sup> exitium,  
seditionem. <sup>15</sup> evitauimus. <sup>16</sup> cum Catilina iam aliquo-  
ties ante turbas dederit in republica, igitur ferendum non  
est, vt ab ipso eadem saepius coniiciatur in periculum.  
<sup>17</sup> destinato, constituto in proximum annum. <sup>18</sup> per  
priuatam meam. <sup>19</sup> in proxime habitis. <sup>20</sup> conuentu  
populi. <sup>21</sup> Martio, in quo habebantur comitia. <sup>22</sup> Sila-  
num & Muraenam, qui etiam petebant Consulatum. <sup>23</sup>  
coercui, impediui. <sup>24</sup> potentia. <sup>25</sup> & ita quidem, vt nul-  
lus tumultus ad eam rem fuerit concitatus.

26 JN.

quotiescumque me petiisti <sup>26</sup>, per me <sup>27</sup> tibi ob-  
stisti, quanquam videbam, perniciem <sup>28</sup> meam cum  
magna calamitate reipublicae esse coniunctam.  
Nunc iam aperte rempublicam vniuersam petis <sup>29</sup>,  
templa deorum immortalium, recta <sup>30</sup> vrbis, vitam  
omnium ciuium, Italiam denique totam ad exitiu-  
m & vastitatem vocas <sup>31</sup>. Quare, quoniam id,  
quod primum <sup>32</sup>, atque huius imperii, discip*in*a-  
que <sup>33</sup> maiorum proprium est <sup>34</sup>, facere nondum  
audeo; faciam id, quod est ad seueritatem lenius  
<sup>35</sup>, ad communem salutem vtilius <sup>36</sup>. Nam si te  
<sup>37</sup> interfici iussero, residuebit <sup>38</sup> in republica reliqua  
coniuratorum manus <sup>39</sup>; sin <sup>40</sup> tu (quod te iam-  
dudum hortor) exieris <sup>41</sup>, exhaustetur <sup>42</sup> ex vrbe  
tuorum comitum <sup>43</sup> magna & perniciosa sentina  
<sup>44</sup> reipublicae. Quid est, Catilina? num <sup>45</sup> dubi-  
tas id, me imperante, facere, quod iam tua sponte  
faciebas? exire ex vrbe consul hostem iubet: inter-  
rogas me, num in exilium? non iubeo <sup>46</sup>, sed, si  
me consulis <sup>47</sup>, suadeo.

---

<sup>26</sup> insidiatus es mihi. <sup>27</sup> meis viribus, per meam pru-  
dentiam. <sup>28</sup> mortem. <sup>29</sup> inuadis, aggredieris. <sup>30</sup> domus.  
<sup>31</sup> trahis. <sup>32</sup> praecipuum, maximum. <sup>33</sup> moribus, <sup>34</sup> vt  
scilicet liceat eos occidere, qui turbas excitant in republi-  
ca. <sup>35</sup> quod minus severum est. <sup>36</sup> & ex quo respublica  
magnam vtilitatem habebit. <sup>37</sup> solum. <sup>38</sup> remanebit.  
<sup>39</sup> exercitus. <sup>40</sup> quod si vero. <sup>41</sup> ex vrbe, <sup>42</sup> tunc simul  
eiicietur. <sup>43</sup> sociorum. <sup>44</sup> fordes, excrementa. <sup>45</sup> num  
iubeam, te in exilium ire. <sup>46</sup> ne videar, hoc imperare.  
<sup>47</sup> in consilium adhibes.

CAP.

## CAPVT VI.

**Q**uid enim, Catilina, est, quod te iam in hac  
vrbe delectare possit, in qua nemo est extra  
istam coniurationem perditorum <sup>2</sup> hominum,  
qui te non metuat, nemo <sup>3</sup>, qui <sup>4</sup> non oderit?  
Quae nota <sup>5</sup> domesticae <sup>6</sup> turpitudinis non inusta  
vitae tuae est? quod priuatarum rerum <sup>7</sup> dedecus  
non haeret in fama? quae libido ab oculis, quod  
facinus a manibus vnquam tuis, quod flagitium  
a toto corpore absuit <sup>8</sup>? cui tu adolescentulo,  
quem corruptelarum illecebris irrerisses <sup>9</sup>, non  
<sup>10</sup> ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem  
praetulisti <sup>11</sup>? Quid vero <sup>12</sup>? nuper cum morte  
superioris <sup>13</sup> vxoris, nouis <sup>14</sup> nuptiis domum va-  
cuerescisses <sup>15</sup>, nonne etiam alio incredibili scelere  
<sup>16</sup> hoc scelus cumulasti? quod ego praetermitto,  
& facile patior sileri <sup>17</sup>, ne in hac ciuitate tanti  
facinoris immanitas <sup>18</sup> aut extitisse <sup>19</sup>, aut non  
vindicata <sup>20</sup> esse videatur. Praetermitto rui-  
nas fortunarum <sup>21</sup> tuarum, quas omnes impen-  
dere

<sup>1</sup> Praeter, exceptis tuis coniuratis & sociis. <sup>2</sup> scelerato-  
rum. <sup>3</sup> etiam est, <sup>4</sup> qui te. <sup>5</sup> stigma. <sup>6</sup> priuatae tuae. <sup>7</sup> sce-  
lerum. <sup>8</sup> ita vt nulla pars tui corporis a scelere & libidine  
esset vacua. <sup>9</sup> allexis. <sup>10</sup> non praetulisti. <sup>11</sup> cui adoles-  
centulo non monstrasti occasionem ad audaciam & libi-  
dinem? <sup>12</sup> amplius dicam. <sup>13</sup> prioris tuae. <sup>14</sup> secundis. <sup>15</sup>  
dum filium tuum ex uxore priori natum interfecisti. <sup>16</sup>  
dum filiam tuam adulterinam duxisti in matrimonium. <sup>17</sup>  
silentio obuolui, taceri. <sup>18</sup> foeditas, barbaries, <sup>19</sup> vn-  
quam fuisse. <sup>20</sup> punita. <sup>21</sup> bonorum.

dere <sup>22</sup> tibi proximis idibus <sup>23</sup> senties. Ad illa <sup>24</sup> venio, quae non ad priuatam ignominiam vitiorum <sup>25</sup> tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem <sup>26</sup> ac turpitudinem, sed ad summam <sup>27</sup> reipublicae, atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent. Potestne tibi huius <sup>28</sup> vitae haec lux, Catilina, aut huius coeli spiritus <sup>29</sup> esse incundus, cum scias, horum <sup>30</sup> esse neminem, qui nesciat, te pridie Kalend. Ianuar. Lepido & Tullo coss. stetisse in comitio <sup>31</sup> cum telo <sup>32</sup>? manum <sup>33</sup>, consulum & principum ciuitatis interficiendum causa <sup>34</sup>, parauisse <sup>35</sup>? sceleri ac furori tuo non mentem <sup>36</sup> aliquam, aut timorem tuum, sed fortunam reipub. obstitisse? Ac iam illa omitto: neque enim sunt aut obscura <sup>37</sup>, aut non multo postea commissa. Quoties tu me designatum <sup>38</sup>, quoties me consulem interficere conatus es? quo te ego tuas petitiones <sup>39</sup> ita coniectas <sup>40</sup>, ut vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione <sup>41</sup>, &, ut aiunt <sup>42</sup>, corpore effugi <sup>43</sup>? Nihil agis, nihil adsequeris <sup>44</sup>, nihil moliris,

---

<sup>22</sup> imminere. <sup>23</sup> quando creditoribus tuis soluenda erit pecunia. <sup>24</sup> potius ad illa. <sup>25</sup> tuorum. <sup>26</sup> miserum & impeditum turbatumque statum rei tuae familiaris. <sup>27</sup> statum. <sup>28</sup> tam turpis. <sup>29</sup> aér. <sup>30</sup> praesentium Senatorum. <sup>31</sup> foro. <sup>32</sup> gladio. <sup>33</sup> turbam hominum. <sup>34</sup> ad interficiendos Consules & praecipuos ciuitatis viros. <sup>35</sup> ordinasse, instruxisse. <sup>36</sup> bonam tuam mentem, aut, genium bonum. <sup>37</sup> omnibus nota sunt. <sup>38</sup> Consulem. <sup>39</sup> insidias. <sup>40</sup> structas, institutas. <sup>41</sup> Vorbehung. <sup>42</sup> in Proverbio. <sup>43</sup> cuitaui, habe den Stock auspariret. <sup>44</sup> suscipis, intendis.

45 in-

liris, quod mihi latere valeat in tempore <sup>45</sup>; neque tamen conari ac velle <sup>46</sup> desistis <sup>47</sup>. Quoties iam tibi extorta <sup>48</sup> est sica <sup>49</sup> ista manibus? quoties vero excidit <sup>50</sup> casu aliquo <sup>51</sup> & elapsa est? tamen ea <sup>52</sup> carere diutius non potes: quae quidem quibus abs te initiata sacrīs <sup>53</sup> ac devota <sup>54</sup> sit, nescio, quod <sup>55</sup> eam necesse putas consulis in corpore defigere.

<sup>45</sup> iusto tempore, cum id scire opus est. <sup>46</sup> turbas excitare, me interdicere velle. <sup>47</sup> desinis. <sup>48</sup> erupta per vim. <sup>49</sup> gladius, quo me petiisti. <sup>50</sup> haec sica. <sup>51</sup> fortuito. <sup>52</sup> hac sica, & tamen pergis mihi ulterius insidiari. <sup>53</sup> sacrificiis. <sup>54</sup> consecrata. <sup>55</sup> quoniam.

## CAPVT VII.

**N**Unc vero quae <sup>1</sup> tua est ista vita? sic enim iam tecum loquar, non ut odio <sup>2</sup> permotus esse videar, quo deboeo <sup>3</sup>; sed ut <sup>4</sup> misericordia, quae tibi <sup>5</sup> nulla debetur. Venisti paullo ante in senatum: quis te ex hac tanta frequentia <sup>6</sup>, ex tot tuis amicis ac necessariis <sup>7</sup> salutauit? si <sup>8</sup> hoc <sup>9</sup> post hominum memoriā contigit nemini, vocis expectas <sup>10</sup> contumeliam, cum sis grauiissimo iudicio taciturnitatis oppressus <sup>11</sup>? Quid? quod aduentu tuo ista subsellia vacuefacta sunt <sup>12</sup>: quod omnes consulares, qui tibi

<sup>1</sup> Quam miserabilis. <sup>2</sup> ex odio. <sup>3</sup> quo odio deberem quidem permoueri erga te. <sup>4</sup> videar pernotus. <sup>5</sup> pro tuis meritis; et si tu non dignus es aliqua misericordia. <sup>6</sup> ex tam multis praesentibus senatoribus. <sup>7</sup> cognatis. <sup>8</sup> quandoquidem vero. <sup>9</sup> tanta contumelia, tantus contemptus. <sup>10</sup> an expectas, ut etiam tibi contumeliosa verba in os dicamus? <sup>11</sup> punitus. <sup>12</sup> ex subselliis istis discesserunt omnes Senatores, ne cogerentur tecum suffragia ferre, id quod illi ducunt sibi pudori.

<sup>13</sup> de-

tibi persaepe ad caedem constitui 13 fuerunt, si-  
mul atque 14 adsedisti, partem istam 15 subsellio-  
rum nudam atque inanem reliquerunt. Quo tan-  
dem animo hoc tibi ferendum 16 putas? Serui,  
mehercule mei, si me isto pacto 17 metuerunt, ut  
18 te metuant omnes ciues tui, domum meam re-  
linquendam 19 putarem: tu tibi urbem non 20 ar-  
bitraris? Et, si me meis ciuibus iniuria 21 suspe-  
ctum tam grauiter, atque infensum 22 viderem 23,  
carere me aspectu ciuium, quam infestis 24 oculis  
omnium conspici, mallem: tu 25 cum conscientia  
26 scelerum tuorum agnoscas, odium omnium  
iustum & iam tibi diu debitum 27, dubitas, quo-  
rum mentes sensusque vulneras 28, eorum adspe-  
ctum praesentiamque vitare? Si te parentes time-  
rent atque odissent tui, neque eos ulla ratione 29  
placare posses: vt opinor, ab eorum oculis, ali-  
quo 30 concederes 31: nunc te patria, quae com-  
munis est omnium nostrum parens, odit ac  
metuit, & jam diu de te nihil iudicat, nisi 32  
de parricidio suo cogitare. Huius 33 tu ne-

que

13 designati. 14 quamprimum. 15 in qua tu sedisti.  
16 suscipiendum. 17 modo. 18 quomodo, quemadmo-  
dum. 19 deserendam. 20 non relinquendam esse. 21  
iniuste. 22 exosum. 23 quemadmodum video te esse exo-  
sum. 24 inimicis. 25 tu dubitas vitare. 26 quoniam  
vides, omnes scire tua scelera. 27 quod odium tu iam du-  
dum mereris. 28 laedis aspectu tuo, qui tuam praesentiam  
ferre non possunt. 29 modo. 30 ad alium locum. 31  
ires, te conferres. 32 ita iudicat patria, te nihil aliud co-  
gitare, quam caedem suam. 33 patriae.

I

34 me-

que auctoritatem verebere 34, neque iudicium sequere, neque vim pertimesces? quae 35 tecum, Catilina, sic agit & quodammodo 36 tacita loquitur: Nullum aliquot iam annis facinus extitit 37, nisi per te, nullum flagitium sine te: tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas leges & quaestiones 38, verum etiam ad euertendas perfringendasque 39 valuisti 40. Superiora illa 41, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli 42, nunc vero me totum esse in metu propter te vnum, quidquid increpuerit, Catilinam timeri 43, nullum videri contra me consilium iniri posse 44, quod a tuo scelere abhorreat 45; non 46 est ferendum, Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus 47, ne opprimar: si 48 falsus, ut tandem aliquando timere desinam.

34 metues. 35 patria. 36 quasi. 37 commissum ac perpetratum est. 38 examina de reis. 39 infirmandas leges. 40 malis artibus contendisti, effecisti. 41 quae supra narravi. 42 non puniui. 43 ut statim te timeam, Catilina, si vel leuissimus tumultus fiat, & ut ad quemvis sonitum expauescam. 44 & quod videatur, ac si nullum consilium & scelus suscipi possit contra me. 45 cuius tu non sis particeps. 46 hoc non. 47 est hic timor. 48 quodsi vero falsus est hic timor.

## CAPVT VIII.

**H**AEC 1 si tecum, ut dixi, patria loquatur, non ne impetrari debeat 2, etiam si vim adhibere non

1 Talia, quae iam ego tibi dixi. 2 ut ex urbe discedas sponte tua. 3 libe-

non possit? Quid? quod tu te ipse in custodiam <sup>3</sup>  
dedisti: quid? quod vitandae suspicionis causa  
apud M. Lepidum te habitare velle dixisti, a quo  
non receptus <sup>4</sup> etiam ad me venire ausus es, at-  
que, ut domi <sup>5</sup> meae te asseruarem rogasti. Cum  
a me quoque id responsum tulisses <sup>6</sup>, me nullo  
modo posse iisdem <sup>7</sup> parietibus tutò <sup>8</sup> esse tecum,  
qui magno in periculo essem, quod iisdem <sup>9</sup> moe-  
nibus contineremur <sup>10</sup>; ad Q. Metellum piae-  
torem venisti, a quo repudiatus ad sodalem tu-  
um, virum optimum M. Marcellum demigra-  
sti <sup>11</sup>, quem tu videlicet & ad custodiendum te,  
diligentissimum, & ad suspicandum sagacissi-  
mum <sup>12</sup>, & ad vindicandum fortissimum fore pu-  
tasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a  
vinculis abesse debere, qui seipsum iam dignum  
custodia iudicauerit? Quae cum ita sint, Catilina,  
dubitas, si hic morari aequo animo <sup>13</sup> non  
potes, abire in alias terras, & vitam istam  
multis suppliciis iustis debitisque teruptum <sup>14</sup>,  
fugae solitudinique mandare <sup>15</sup>? Refer <sup>16</sup>,  
inquis, ad senatum, (id enim postulas) &  
si hic ordo <sup>17</sup> sibi placere decre-  
uerit,

<sup>3</sup> liberam, weiten Arrest. <sup>4</sup> cum vero ab eo non es-  
ses receptus. <sup>5</sup> in domo mea. <sup>6</sup> accepisses. <sup>7</sup> in una ea-  
demque domo. <sup>8</sup> tatus. <sup>9</sup> in una vrbe. <sup>10</sup> viuereimus.  
<sup>11</sup> inisti. <sup>12</sup> prudentissimum, callidissimum. <sup>13</sup> cum vo-  
luntate ciuium. <sup>14</sup> quasi liberasti adhuc a suppliciis, quae  
meritus es. <sup>15</sup> latebras quaerere, in occulto viuere, &  
spectum hominum vitare. <sup>16</sup> propone deliberandum. <sup>17</sup>  
Senatus.

uerit, te ire 18 in exilium, obtemperaturum te es-  
se dicis. Non referam 19 id, quod abhorret a meis  
moribus 20, & tamen faciam, vt intelligas, quid  
hi 21 de te sentiant. Egredere ex vrbe, Catilina,  
libera rempub. metu: in exilium, si hanc vocem  
22 exspectas, proficisci. Quid est, Catilina? ec-  
quid 23 attendis 24, ecquid animaduertis horum  
silentium? patiuntur 25, tacent: quid 26 exspe-  
ctas autoritatem loquentium, quorum volunta-  
tem tacitorum 27 perspicis? At si hoc idem 28  
huic adolescenti optimo P. Sextio, si fortissimo  
viro M. Marcello dixisset, iam mihi consuli hoc  
ipso in templo iure optimo senatus vim & manus  
intulisset 29: de te 30 autem Catilina, cum quie-  
scunt 31, probant 32; cum patiuntur 33, decernunt  
34; cum tacent, clamant. Neque his solum, quo-  
rum tibi auctoritas est videlicet 35 cara, vita vilis-  
sima 36: sed etiam illi equites R. honestissimi atq;  
optimi viri, ceterique fortissimi ciues, qui circum-  
stant senatum, quorum tu & frequentiam 37 vide-  
re, & studia 38 perspicere, & voces 39 paulo ante

exau-

18 vt eas. 19 non proponam deliberandum, quod tu po-  
stulas. 20 nam ego nolo esse severus; & tamen scio, quod  
Senatus te damnaturus sit, si ego referam. 21 Senatores.  
22 sententiam. 23 annon. 24 obsernas. 25 permittunt,  
vt eas in exilium. 26 quare. 27 etiam si tacent. 28 quod  
ego tibi dico. 29 quoniam hoc ferendum non fuisset. 30  
dum vero haec de te dico. 31 tacent. 32 laudant. 33 vt ego  
haec dicam. 34 vt tu eas in exilium. 35 Ironia. 36 quo-  
rum vitam tu pro nihilo habes. 37 multitudinem. 38 fa-  
norem exiguum erga te. 39 sermones,

40 pre-



exaudire potuisti : quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo 40, eosdem facile adducam 41, vt te haec, quae iam pridem vastare studes, relinquenter usque ad portas prosequantur 42.

40 prohibere possum. 41 permouebo, persuadebo. 42 vt te comitentur usque ad portas, quando ea relinques, quae vastare iam pridem cupis.

## CAPVT IX.

**Q**uanquam quid loquor? te 1 vt vlla res frangat? tu vt vnquam te corrigas? tu vt vllam fugam meditere 2? tu vllum vt exilium cogites? vtinam tibi istam mentem dili immortales duint! tametsi video, si mea voce 3 perterritus ire in exilium animum induxeris 4, quanta tempestas 5 inuidiae nobis 6, si minus in praesens tempus recenti 7 memoria scelerum tuorum, at in 8 posterritatem impendeat 9. Sed est mihi tanti 10, dummodo ista tua priuata sit calamitas, & a reip. periculis seiungatur. Sed vt vitiis tuis commoueare, vt legum poenas pertimescas, vt temporibus reipub. concedas 11, non est postulandum 12: Neque enim is es, Catilina, vt te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio

13 a fu-

1 Fierine potest, vt vlla res te commoueat? 2 instituere cogites. 3 sermone. 4 volueris. 5 vehementia. 6 mihi. 7 dum memoria tuorum scelerum adhuc recens est. 8 apud posteros. 9 immineat. 10 isto pretio emere volo; quidquid sit, feram posteritatis inuidiam libenti animo, dummodo haec calamitas me solum tangat, & publica non sit. 11 vt aliquam rationem habeas periculorum reipublicae, 12 sperandum.

I 3

13 fa-

13 a furore reuocarit 14. Quamobrem, vt saepe  
 iam dixi, proficisci 15: ac si mihi inimico, vt  
 praedicas 16, tuo conflare 17 vis 18 inuidiam, re-  
 eta 19 perge in exilium: vix 20 feram sermones  
 hominum 21, si id feceris: vix molem istius inui-  
 diae, si in exilium ieris iussu consulis, sustinebo  
 22: sin autem seruire meae laudi & gloriae ma-  
 uis 23, egredere cum importuna 24 scelerorum  
 manu 25, confer te ad Manlium, concita perdi-  
 tos 26 ciues, fecerne te a bonis 27, infer Patriae  
 bellum, exulta 28 impio latrocinio: vt a me non  
 ciectus ad alienos, sed inuitatus ad tuos isse 29  
 videaris. Quamquam quid ego te inuitem 30, a  
 quo iam 31 sciam esse praemissos, qui tibi ad  
 forum Aurelium praestolarentur 32 armati?  
 sciam 33 paetam 34 & constitutam esse cum  
 Manlio diem? a quo etiam aquilam 35 illam ar-  
 genteam, quam tibi ac tuis omnibus pernicio-  
 sam esse confido 36, & funestam 37 futuram,  
 cui domi tuae sacrarium 38 scelerum tuo-  
 rum

13 sana. 14 posse abstrahere. 15 abi, exi ex Urbe 16  
 dicis. 17 excitare, parare. 18 cupis. 19 recta via, recto  
 itinere. 20 Ironia. 21 aegerrime mihi scilicet facient ser-  
 mones hominum. 22 feram, pati potero. 23 adhuc magis  
 cupis. 24 seditiosa. 25 societate sua. 26 sceleratos. 27  
 honestis ciuibus. 28 gaude propter impium hoc bellum,  
 quod magis latrocinium est quam bellum. 29 inisse. 30  
 adhorter ut hoc facias. 31 iam aliquos. 32 te expectarent.  
 33 cum sciam. 34 indictam. 35 signum militare. 36 certo  
 spero. 37 periculosum. 38 in quo aquila haec argentea erat  
 inclusa, quae adorabatur,

39 cum



rum constitutum fuit, sciam esse praemissam 39? Tu vt illa 40 diutius carere possis, quam venerari ad caedem proficisciens solebas? a cuius 41 altari- bus saepe istam dextram impiam ad necem 42 ci- uiuum transtulisti 43?

39 cum sciam quoque, aquilam esse a te praemissam, cui aquilae constitutum & exstructum fuit sacrarium in domo tua. 40 aquila. 41 aquilae. 42 patrandam. 43 ad- mouisti, a cuius altaribus saepe iuisti, ut necem ciuium pa- trares.

## CAPVT X.

**I**bis 1 tandem aliquando, quo 2 te iam prident tua ista cupiditas effrenata 3 ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi haec res 4 adfert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem: ad hanc te amentiam natura peperit, voluptas exercuit, fortuna seruavit 5. Nunquam tu non modo otium, sed ne bellum 6 quidem nisi nefarium 7, concupisti. Nactus es 8 ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam 9 improborum manum 10. Hic illi tu qua 12 laetitia perfriuere? quibus gaudiis exsultabis? quanta in voluptate bacchabe- re 13? cum 14 in tanto numero tuorum neque au- dies

1 Igitur ibis. 2 quorum. 3 indomita. 4 hoc bellum seu potius latrocinium. 5 vt diu viueres ad exercendos tuos furores. 6 nullum certe aliud bellum. 7 quod nec rite nec iuste geritur. 8 acceperisti, collegisti. 9 collectam. 10 exer- citum. 11 in horum societate. 12 quam grandi. 13 fures, praelactitia nimia coniicieris in furorem, 14 quando.

dies virum bonum quemquam 15, neque videbis? Ad huius vitae studium 16 meditati 17 illi sunt, qui feruntur 18, labores tui: iacere 19 humi non modo ad obsidendum stuprum 20, verum etiam ad facinus obeundum 21: vigilare non solum insidiantem somno maritorum 22, verum etiam bonis occisorum 23. H abes 24, ubi ostentes illam praeclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus 25 te breui tempore confectum 26 esse senties. Tantum 27 profectum 28, cum te a consulatu repuli 29, ut exul 30 potius tentare 31, quam consul 32 vexare remp. posses, atque ut id 33, quod esset a te scelerate susceptum 34 latrocinium potius, quam bellum nominaretur.

15 vllum. 16 desiderium. 17 directi. 18 omnibus notissimi sunt, 19 labores tui tales sunt: iacere &c. 20 circumstere soles aedes aliorum, ut secure liceat adulterium committere. 21 perpetrandum. 22 ut insidieris & attendas occasions, quando dormint mariti, ut possis committere adulterium. 23 non solum cum vxoribus maritorum adulteria committis, sed etiam occidis illos, & deinceps eorum bona ad te rapis. 24 habes itaque nunc occasionem in exilio & in castis Manlianis. 25 rebus. 26 perditum, ruiniret. 27 hoc tandem effeci. 28 illo tempore. 29 quando effeci, ut Consul non fieres. 30 in exilio. 31 aggredi, vexare. 32 ut tanquam Consul. 33 bellum. 34 coeptum.

## CAP V T XI.

**N**unc ut a me P. C. quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecetur per-

1 Remoueam,

2 au-



percipite 2 quaeso diligenter, quae dicam & ea  
 penitus animis vestris mentibusque mandate 3.  
 Etenim si mecum patria, quae mihi vita 4 mea  
 multo est carior, si cuncta Italia, si omnis 5 res-  
 publ. loquatur: M. Tulli, quid agis? tunc eum  
 6, quem esse hostem comperisti 7, quem ducem  
 belli 8 futurum vides, quem expectari imperato-  
 rem in castris hostium sentis 9, auctorem sceleris,  
 principem 10 coniurationis, euocatorem 11 seruo-  
 rum & ciuium perditorum, exire patieris, vt abs  
 te non emissus ex vrbe, sed immisus 12 in vrbum  
 esse videatur? nonne hunc 13 in vincula duci,  
 non ad mortem rapi, non summo suppicio ma-  
 etari 14 imperabis? Quid tandem impedit te?  
 mosne maiorum? at 15 persaepe etiam priuati 16  
 in hac rep. perniciosos ciues morte multarunt.  
 An leges 17, quae de ciuium Romanorum suppli-  
 cio rogatae 18 sunt? at nunquam in hac vrbe  
 19, qui a repub. defecerunt 19, ciuium iura te-  
 nuerunt 20. An inuidiam posteritatis times?  
 praeclaram 21 vero populo Romano refers gra-  
 tiam, qui 22 te hominem per te cognitum  
 23, nul-

2 auscultate, attendite. 3 imprimite. 4 quam vita. 5  
 tota. 6 patieris exire. 7 certo scis. 8 ciuilis. 9 scis.  
 10 auctorem. 11 qui conquirit, excitat, sollicitat seruos  
 & alios sceleratos ciues, vt insurgant contra rem publicam.  
 12 vt aggredi eam possit. 13 Catilinam. 14 affici, necari.  
 15 attramen, imo vero. 16 homines, qui magistratum non  
 gerebant. 17 te impediunt. 18 datae, latae. 19 hostes  
 reipublicae. 20 nunquam fuerunt in numero ciuium habiti.  
 21 Ironia. 22 populus Rom.

23, nulla commendatione maiorum 24 tam matu-  
re 25 ad summum imperium per omnes hono-  
rum gradus extulit 26, si propter inuidiam, aut  
alicuius periculi metum, salutem ciuium tuo-  
rum negligis 27. Sed si quis est inuidiae metus 28,  
num est vehementius 29 seueritatis ac fortitudi-  
nis inuidia, quam inertiae ac nequitiae pertime-  
scenda? An cum bello vastabitur Italia, vexabun-  
tur vrbes, tecta ardebunt, tum te non existimas  
inuidiae incendio 30 conflagraturum 31?

23 nouum hominem, qui nobili genere natus non es, sed  
per virtutes tuas noimen acquisivisti & honores. 24 nobil-  
lium. 25 cito, breuiter. 26 promovit, exornauit. 27  
postponis. 28 sed si forte adhuc metuis inuidiam postero-  
rum. 29 pertimescenda. 30 per incendium. 31 simul pe-  
tendum: annon putas te in inuidia apud posteros fore, si  
bello vastabitur Italia &c.

## CAPVT XII.

**H**is ergo sanctissimis treip. vocibus, & eorum  
hominum, qui idem sentiunt mentibus 2,  
pauca respondebo. Ego, si hoc optimum fa-  
ctu iudicarem, P. C. Catilinam morte multa-  
ri; vnius usuram 3 horae gladiatori 4 isti 5 ad  
viuendum non dedissem. Etenim si summi vi-  
ri, & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchorum  
& Flacci, & superiorum 6 complurium sanguine  
non modo se non contaminarunt 7, sed eriam  
honestarunt: certe verendum mihi non erat,

ne

1 Quibus nequeo repugnare. 2 cogitationibus. 3 usum.  
4 latroni, seditioso ciui. 5 Catilinae. 6 qui olim vixerunt  
& a me supra commemorati sunt. 7 commacularunt.

g all.



ne quid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiae<sup>8</sup> mihi in posteritatem redundaret<sup>9</sup>. Quod si ea<sup>10</sup> mihi maxime<sup>11</sup> impenderet, tamen hoc animo semper fui, vt inuidiam virtute partam gloriā, non inuidiam putarem<sup>12</sup>. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine<sup>13</sup>, qui aut ea<sup>14</sup>, quae imminent, non videant, aut ea, quae vident, dissimulent<sup>15</sup>: qui spem Catilinae mollibus sententiis<sup>16</sup> aluerunt<sup>17</sup>, coniurationemque nascen-tem<sup>18</sup> non credendo corroborauerunt: quorum auctoritatē secuti multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si<sup>19</sup> in hunc animaduertissem, crudeliter & regie<sup>20</sup> factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste<sup>21</sup>, quo<sup>22</sup> intendit<sup>23</sup>, in Manliana castra peruererit, neminem tam stultum<sup>24</sup> fore, qui non videat coniurationem esse factam: neminem<sup>25</sup> tam improbum, qui non fateatur<sup>26</sup>. Hoc autem uno<sup>27</sup> interfecto, intelligo hanc reipubl. pestem<sup>28</sup> paulisper reprimi, non in perpetuum

---

<sup>8</sup> aliqua inuidia. <sup>9</sup> ad me veniret. <sup>10</sup> inuidia. <sup>11</sup> imo. <sup>12</sup> vt putarem, quod ea inuidia, quae virtute paratur & acquiritur, non inuidia sit, sed potius gloria. <sup>13</sup> Senato-rum. <sup>14</sup> pericula. <sup>15</sup> simulant, quasi ea non videant. <sup>16</sup> benignam sententiam ferentes de eo. <sup>17</sup> auxerunt. <sup>18</sup> in eius initiosis. <sup>19</sup> si Catilinam morte multassem. <sup>20</sup> ty-rannice, quemadmodum Reges Romani, quorum nomen semper in odio fuit, olim fecerunt. <sup>21</sup> Catilina. <sup>22</sup> quorū. <sup>23</sup> ire cupit. <sup>24</sup> imprudentem. <sup>25</sup> & neminem fore. <sup>26</sup> coniurationem esse factam. <sup>27</sup> quod si vero hic Catilina solus interficiatur, <sup>28</sup> coniurationem.

tuum comprimi posse. Quod si se 29 eiecerit 30, secumque suos eduxerit, & eodem 31 ceteros undique collectos naufragos 32 aggregauerit, extinguetur atque delebitur non modo haec tam adulta 33 reipubl. pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.

29 se ipsum. 30 quod si ipse sponte exierit ex vibe. 31 in castra Manliana. 32 perditos, sceleratos, miseros ciues, sordios suos. 33 quae iam tantas vires accepit.

## CAPVT XIII.

**E**TENIM iam diu, P. C. in his periculis coniunctionis, insidiisque versamur 1: sed nescio quo pacto 2 omnium scelerum, ac veteris 3 furoris, & audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit 4. Quod si ex tanto latrocinio 5 iste 6 unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura & metu esse releuati, periculum autem residuebit 7, & erit inclusum penitus in venis, atque in visceribus reipubl. Ut 8 saepe homines aegri 9 morbo graui, cum 10 aestu febrique iactantur 11, si aquam gelidam biberint, primo releuari 12 videntur, deinde multo grauius vehementiusque afflicantur: sic hic morbus, 13, qui est in republica, releuatus istius poena 14, vehementius, viuis reliquis 15, ingrauescet.

Qua-

1 Vivimus. 2 modo. 3 diu meditati, excogitati dum. 4 prodiit. 5 ex tam numero coetu & societate coniuratorum. 6 Catilina. 7 remanebit. 8 sicuti. 9 aegroti. 10 quando. 11 affliguntur, vexantur. 12 recreari paulisper. 13 seditio, periculum, 14 per supplicium ac mortem. 15 si vivunt reliqui eius socii.

16 moe-



Quare P. C. secedant improbi, secernant se a bonis, vnum in locum congregentur, muro 16 denique, id quod saepe iam dixi, secernantur a nobis: desinant insidiari domi 17 suae consuli 18, circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos 19 & faces ad inflammandam urbem comparare: sit denique inscriptum in fronte vniuscuiusq; ciuis 20: quid de representiat. Polliceor vobis hoc, P. C. tantam in nobis coss. fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Rom. virtutem 21, tantam in omnibus bonis confessionem 22, ut Catilinae profectione 23 omnia patetfacta, illustrata 24, oppressa, vindicata 25 esse videatis. Hisce omnibus 26, Catilina, cum summa reip. salute & cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu, Iupiter, qui iisdem, quibus haec vrbis, auspiciis 27 a Romulo es constitutus 28, quem Statorem huius vrbis, atq; imperii vere nominamus, hunc 29, & huius socios a tuis aris, ceterisque templis, & tectis vrbis, ac moenibus, a vita fortunisque 30 ciuium omnium arcebis, & omnes inimicos

---

16 moenibus Romae. 17 in domo. 18 mihi Ciceroni. 19 faces. 20 quilibet denique ciuis palam ostendat. 21 fortitudinem. 22 vnanimitatem. 23 per abitum. 24 revelata. 25 punita. 26 igitur, postquam nunc haec omnia dixi. 27 felicitate, voluntate deorum. 28 tanquam deus tutelaris huius vrbis. 29 Catilinam. 30 bonis.

micos bonorum, hostes patriae, latrones Italiae,  
scelerum foedere inter se, ac nefatia societate  
coniunctos, aeternis suppliciis viuos mortuos.  
que maestabis 31.

31 afficies, punies.

## SENTENTIAE.

**N**on est saepius in uno homine salus reipublicae periclitanda.

*Qui ciuibus suis suspectum se atque offensum videt, carere aspectu ciuium, quam infestis oculis omnium conspici malle debet.*

*Patria est communis nostrum omnium parens.*

*Inuidia virtute parta, gloria non inuidia putanda est.*

Saepe homines aegri morbo graui, cum aestu febriq[ue] iactantur, si aquam gelidam biberint, primo releuari videntur: deinde multo grauius vebementiusque conflictantur.

## ORATIO VII.

qua est

# IN L. CATILINAM

## SECUNDA.

Argumentum Orationis II. in Catilinam.

**C**atilina praecedenti Oratione vebementer a Cicerone crepatus, intempesta in nocte Roma discessit ad Manli-

ano



ana castra, dato interea negotio Cethego, Lentulo, ceterisque sociis, ut mutarent consilia, quoniam ipse propediem cum magno exercitu urbi sit superuenturus. Proximo post abitum Catilinæ die Cicero hac Oratione populo Romano gratulatur, quod magno metu liberatus sit, ostenditque, & Catilinæ eiusque sociis non timendum esse, ob militiam eius multis nominibus infirmam & inutilem.

Haec Oratio in principio habet speciem gratulationis; sed progrereditur statim ad deliberatorum quoddam genus, cum maxime id agitur, quo agnoscant, Catilinam iam nullum esse cum omnibus suis copiis.

Euentus non aliis est, quam in hoc argumento Orationis fuit propositus.

## ORATIO VII.

### IN L. CATILINAM AD QVIRITES.

#### CAPVT. I.

**T**andem aliquando, Quirites 1, L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem 2, pestem 3 patriæ nefarie molientem 4, vobis atque huic urbi ferrum flammanque minitantem 5, ex urbe vel eie-  
cimus vel emisimus 6, vel ipsum egredien-  
tem verbis 7 prosecuti sumus 8. Abiit, excessit,  
euasit, erupit 9. Nulla iam pernicies a mon-  
stro

1 Cives Romani. 2 anxie cupientem perpetrare scelus suum. 3 exitium. 4 qui mokebatur, meditabatur, cogitabat. 5 qui minitatur. 6 euasimus, vt sponte velit exire. 7 duris & diris. 8 comitati. 9 velut fera bestia solet ex claustris erumpere.

10 Cati-

